(1) *In nomine Domini Amen: Nobilis Paris de Flisco q. Spectab. D. Iacobi ex una parte et* Iohannes Nicus *q.* Laurentii de Pisis *magister laihonorum in civitate Saone ex parte altera pervenerunt et sibi ipsis ad invicem et vicissim presentibus et stipulantibus pervenisse confessi fuerunt et confitentur ad infrascripta pacta et composicionem solemni stipulatione valata et valatam: Renunciantes* etc. *Videlicet quia ex causa dictorum pactorum et composicionis dictus* Iohannes Nicus *promisit et solemniter convenit dicto Paridi de Flisco presenti stipulanti et recipienti pro se et heredibus suis infra menses duos cum dimidio proxime venturos fabricare seu fabricari facere nomine dicti Paridis laihonorum milia quadraginta bonitatis et qualitatis laihonorum sexdecim dimissorum pro monstra per dictum* Iohannem *penes dictum Paridem ac colorum infrascriptorum videlicet coloris albi decem octo milia duo milia etiam dicti coloris albi cum armis seu insigniis Summi Pontificis decem milia coloris viridis et totidem coloris nigri: dictosque laihonos quadraginta milia infra dictum terminum dictorum mensium duorum cum dimidio proxime venturum consignare seu consignari facere in dicta civitate Saone pro ipso Paride et nomine ipsius Francisco Richermio civi Saone salvo semper justo impedimento* etc. *Versa vice dictus Paris acceptans predicta ex causa dictorum pactorum et composicionis promisit et solemniter convenit dicto* Iohanni *presenti et acceptanti ac stipulanti pro se et heredibus pro pretio dictorum laihonorum dare et solvere seu dari et solvi facere dicto* Iohanni *sive legitime persone pro eo tantum quantum dixerit dictus Franciscus Richermus et sub modis et formis ac terminis declarandis*

qual palazzo si destinassero, benchè il committente non mel palesi per poco; ma pareti o solaj che coprissero, certo è che brillavano a tinte alterne come di griglia o scacchiera. Per crescere di tempo e di lusso, e vorrem dire anche d' arte, avanzarono a termine di simulare i dipinti, quando in rose e ghirlande, quando in rami od intrecci di verzura, quando in cordoni o in meandri. Potè forse promuoverne il gusto il lavorar di rimesso che alla suddetta stagione si facea largo fra noi, e l' invetriato allegrar d' ornamenti le sale private, quando i legni variamente intarsiati illustravano di pietose istorie le cattedrali. Di tal fasto ridevano, per testimonianza d' autentici scritti, le pavimenta del palazzo di Giuliano Grimaldi a s. Luca, e le scale non ch'altro di Paolo Doria presso s. Matteo, che deformato per cento guise, pur si compiace di serbarne gli avan-

---

per dictum Franciscum omni exceptione remota: hoc declarato in presenti instrumento pacto expresso quod si dicti laihoni erunt pulcriores quam sint dicti laihoni sexdecim dimissi pro monstra ut supra eo casu teneatur dictus Paris etiam pro eorum pretio dare et solvere dicto Iohanni *pro dicta majori pulcritudine tantum quantum dixerit dictus Franciscus : Que omnia* etc. *Sub pena scutorum ducentorum quinquaginta in quam* etc. — *Actum Ianue in platea nobilium de Squarsaficis videlicet in caminata solite habitacionis dicti Puridis et fratrum: Anno Domin. Nativ. millesimo CCCC octuagesimo quinto Indictione prima secundum Ianue cursum die Iovis XXVI Maij hora vigesima quarta vel circa : presentibus Venerab. D. Presb. Francisco de Lacumarcino archipresbitero Rechi et Bernardo Salvaigo D. Accellini civibus Ianue testibus ad premissa vocatis et rogatis.* — (Atti del Not. Lorenzo Costa. — Fogliaz. 11, 1484-85).

zí. Nè un tal lavoro parea sì leggero da confidarsene a manovali o da spedirlo alla grossa: volevano che l' occhio dell' architetto vegliasse almeno alle commessure, e dove cessava l' invenzione e la sottigliezza dell' opera, entrassero la diligenza e la precisione dell'eseguirla. Assai volte ho fatto voti (nè indarno) d'incontrarmi in alcuna scrittura, la quale trattando a dilungo di tali o di somiglianti composizioni, mi porgesse sembianza come a dire di tutte in una, e mi scusasse di più lunghe parole e di men sicuri giudizj. Se molti palazzi se ne fregiarono in Genova, non istimo però che molti paragonassero per questo rispetto quello che fu già de' patrizj Grillo in contiguità delle Vigne. I laggioni che nel 1519 ne fiorirono e ne ammantarono, sto per dire, le stanze, ricordano un nome illustre e commendato alla posterità con istatua marmorea; Giano Grillo vo' dire che di que' giorni n' era ad un tempo e padrone ed abitatore. Il quale, per vaghezza di siffatte leggiadrie, così magnifico quanto assennato, ne fece commissione nel migliore architetto che avesse Genova allora, in Domenico cioè de' Marchesi, o come dalla sua patria il dicevano, nel Caranchetto. Nè costui sdegnerà, se da noi destinato a tenere un bel luogo nelle cose d'architettura, vien chiamato la prima volta a disegnare e a disporre majoliche: fatica che non parve mediocre nè al nobil Giano nè a lui. Conciossiachè accordatisi per la mercede in lire cento trenta di genovini, non fu accorgimento di buon pratico, nè

cura di valente maestro, nè ingegno di dotto artefice che il committente non s' aspettasse o DOMENICO non promettesse. Per volgere d' un secolo il palazzo desiderò le forme nuove che tuttora si veggono, e i laggioni scomparvero forse, come vieta anticaglia, già fin d' allora. Ma qual di noi si dorrebbe che ancor vi fossero, o vorrebbe esser tardo ad entrar quella soglia e a salir quelle scale? Perciocchè fin dall' atrio s' incominciava il grazioso ornamento, e giusta il costume facea zoccolo ai muri e cornice alle finestre; indi s'accompagnava alle linee degli scalini e le seguiva al maggior ripiano, contento ad un' acconcia varietà di colori affinchè più squisite bellezze rimanessero a far superba la caminata. Questa non pur mostrava i balconi e gli angoli così vestiti o ricinti, ma intero lo spazzo era un come tappeto a bei fregi di varia tinta e disegno, dove in tondi e rosoni, dove in iscacchi e risalti, dove in fregi continui e ben diritti o convolti. Altre salette ed altri ricetti n' eran poi riforniti, ma primeggiava una camera che soprastando alla caminata parea soggiogarla altresì di dovizia, come quella che per ingegnoso compor di majoliche offriva a vedere un contesto di rami e di frondi, non altrimenti condotto che se l' opera del pittore vi si fosse spaziata ad arbitrio (1). Delle molte considerazioni che svolge e

(1) ✠ *In nomine Domini Amen: Nob. Ianus Grillus q D. Luce ex una parte et mag.* Dominicus de Marchexiis *magister antellami q. Gasparis ex alia parte sponte* etc. *confessi fuerunt et confitentur sibi ad invicem pervenisse*

ripete la scritta, e delle pene ch' ella mette al CARANCA, non dirò altro, e lascio ad altri lo scorgervi com'egli e parecchi dell' arte stessa avessero avuta mano in lavori consimili. Dirò soltanto che la gentile incrostatura, ordinata da Giano Grillo il 1.° novembre dell'anno già mentovato, dovea far mostra di sè al successivo Natale: tanto i nostri avi sentivano di religione eziandio nelle pompe e negli agi domestici. Ma bando a

---

ad infrascriptam composicionem convenium et accordium infrascriptorum laboreriorum faciendorum per dictum mag. Dominicum *dicto Iano in domo ipsius promissionem obligacionem solutionem pacta et alia sub modis formis conditionibus et declarationibus de quibus inferius solemni stipulatione* etc. *Renuncianies* etc. *Videlicet quia ex causa premisse composicionis convenii et accordii et aliorum de quibus supra et inferius dicetur mag.* Dominicus *in primis promisit et promittit dicto Iano presenti et acceptanti ac stipulanti* etc. *inlagionare scalam undique cum porticibus et fenestris integris ab hostio* (sic) *platee usque in aulam seu caminatam domus ipsius Iani comentando et bene assortiendo et accomodando lagiona ita ut nihil possit obiectari dicto mag.* Dominico *ad decorem et pulcritudinem laborerii ipsius mag.* Dominici *juxta conventa que inferius latius explicabuntur: promisitque etiam dictus mag.* Dominicus *astregare medianum bene et integre de quadretis et lagionis prout melius expediet ad decorem ipsius laborerii astreghi et etiam inlagionare fenestram et a latere muri sub armario in beneplacito ipsius Iani promisitque etiam dicto Iano similiter astregare aulam seu caminatam predicte domus ipsius Iani de dictis lagionis et quadretis faciendo frixia scacos rosas et laborerium in omni pulcritudine et decorositate et similiter inlagionare integre et decenter duas fenestras et angulum parvum existentem prope hostium camere semper in contentamento ipsius Iani: Item promisit dicto Iano astregare cameram magnam existentem super caminatam de lagionis et quadretis bene et condecenter faciendo ramagia phrixia* (sic) *et schacos bene compositos et ordinatos beneque composita et ordinata secundum quod melius cedet ad decorem et pulcritudinem ipsius astreghi seu laborerii et inlagionare similiter duas fenestras bene et integre in omnibus ut supra et in contentamento ipsius Iani teneaturque etiam dictus mag.* Domi-

cotali pensieri: e poichè all' età nostra si vuol ragionare di schietta industria e di grassi guadagni, facciam passo alla bell'arte del disegno che mettea un piede nelle sonanti officine dei tessitori.

Nuovamente indietreggio all' antico: e nuovamente m' avvengo in toscani s' io cerco nella testoria gli ajutamenti della pittura. Nè in quel ch' io dirò se ne vogliono riputare i principj; ma nel fitto dei rogiti suole

---

nicus *et sic promisit suis propriis expensis laborare idest squadrare et interguardare facere omnes lagionos et quadretos ponendos et qui ponentur in dictis omnibus laboreriis ut supra faciendis per ipsum mag.* Dominicum *ita quod sint cum omni ratione positi et ordinati et interciati ad hoc ut reddant opus seu laborerium ad decorositatem et omnem pulchritudinem premissam: teneaturque etiam ipse mag.* Dominicus *et sic promisit solvere omne laborerium expediens et necessarium ad perficienda predicta omnia laboreria pro giornatis suis et aliorum laboratorum et seu laborantium circa premissa laboreria facienda ita ut dictus Ianus non habeat ea provideri seu providere quam ad tradendum trarium* (sic) *seu attractum ipsi mag.* Dominico *videlicet lagionos quadretos calcem et harenam necnon pulverem rubeam aut nigram que expediens et necessaria erit pro tinctura etiamque et quod et quantum deficeret ad rigas lapidum ad tenendum fortiter lagiona ad que omnia tradenda dicto mag.* Dominico *teneatur dictus Ianus et si pro casu aliquid difformandum erit ad majorem decorem et pulchritudinem reddendam ex signaturis positionis seu ponendi lagiona illud etiam dictus mag.* Dominicus *teneatur suis sumptibus et expensis accomodare seu garibare et ad meliorem formam reducere omni postposita contradictione: et que omnia laboreria per ipsum mag.* Dominicum *facienda ut supra in domo dicti Iani teneatur et facere et complere promisit dictus mag.* Dominicus *infra festum Natale proxime venturum bene et legaliter et in omni majori decorositate et formositate et pulchritudine que hactenus dictus mag.* Dominicus *fecerit in presenti civitate seu alii fecerint: Et e contra dictus Ianus causa et occasione premissi laborerii seu laboreriorum faciendorum ut supra in domo dicti Iani dictus Ianus dare et solvere promisit dicto mag.* Dominico *presenti et acceptanti ac stipulanti tam pro mercede ipsius mag.* Dominici *et*

avvenire come in turbe di popolo, che gli uomini più degni sorgano cospicui fra gli altri. E degnissimo maestro dovette essere un BALDO DA LUCCA, il quale campeggia dal 1424 al 47, ed emerge dagli atti di più notari. Fervevano di quella stagione le industrie seriche, doviziose ed oneste tanto da far decoro alle più gentili famiglie. Innanzi a quell' ora mi riescono scarsi ne' setajuoli i tessuti ad opera, e s' io retrocedo tuttavia

---

aliorum laborantium seu laboratorum in dicto laborerio cum dicto mag. Dominico *libras centum triginta januinorum solvendas dicto mag.* Dominico *in tot scutis auri solis ad libras tres et soldos octo pro singulo scuto in dies et ad giornatam seu de de ebdomoda in ebdomodam* (sic) *juxta et secundum laborerium factum in singulis ebdomodis omni postposita contradictione possendo tamen dictus Ianus in se retinere libras vigintiquinque ex predictis libris centum triginta usque ad totam perfectionem dicti laborerii seu laboreriorum de quibus supra: et hoc fit ad hunc finem ut dictus mag.* Dominicus *sit celerior et curiosior ad perfectionem dicti laborerii quo laborerio completo teneatur in continenti dictus Ianus dare et solvere dictas libras vigintiquinque ut supra in se retentas occasione citioris perfectionis dicti laborerii dicto mag.* Dominico *cum sic actum et conventum fuerit inter eos concorditer: Hoc etiam declarato et expresse convento inter dictos contrahentes quod cum seu totum laborerium perficiendum ut supra per dictum mag.* Dominicum *sit et esse debeat in contentamento dicti Iani et quatenus dictum laborerium seu laboreria ut supra facienda per dictum mag.* Dominicum *non contentarentur dicto Iano possit et valeat dictus Ianus capere seu accipere alium magistrum sumptibus et expensis ipsius mag.* Dominici *ad perficiendum dictum laborerium seu laboreria de quibus supra libere et absque ulla contradictione: Que omnia* etc. — *Actum Ianue in contracta Ecclesie Sancte Marie de Vineis videlicet in porticu domus habitationis dicti Iani: Anno Domin. Nativ. MD decimonono Indictione septima secundum Ianue cursum die Mercurii prima Novembris in Vesperis: presentibus nob. Iacobo de Nigrono q. D. Ieronimi et Baptista Cazella filio Pauli civibus Ianue testibus ad premissa vocatis et rogatis.* (Atti del Not. Antonio Pastorino. — Fogliaz. 40, 1519).

negli atti, o s' anche mi spingo al dugento, m'avvengo in un fitto di porporai e in tessitori di panni dorati. Dove fallivano i pregi dell' ingegno e dell' arte, soccorrevano lo splendore e la ricchezza della materia: tantochè fu a quel tempo e lauto e nobil mestiero lo spacciar porpore e drappi d' oro, siccome più tardi il fornire le sete conteste e variate a disegno. E basti di cento rogiti un solo ch' io ne produco del 1262, ma di tal pregio che dee valere per tutti (1). All' età che

---

(1) *Ego* Ventura de Sancto Thoma *purpurerius promitto et convenio tibi* Iohannino de Castro *purpurerio laborare tecum et tibi de arte tescendi* (sic) *purpuras et pannos deauratos hinc usque quatuor annos proxime venturos et tescere in quocumque telario volueris utrum acie vel sete te mihi dante et solvente pro precio testure cujuslibet purpure vel panni deaurati testi in telario sete soldos tres Ianue et pro precio cujuslibet panni deaurati sive purpure testi vel teste in telario acie soldos quatuor Ianue et ultra dictum precium dare et solvere mihi debeas et tenearis per pactum inter me et te in presenti contratu* (sic) *appositum in quolibet duorum primorum annorum soldos quadraginta Ianue et in tercio anno soldos quinquaginta Ianue et in quarto anno soldos sexaginta Ianue salvo quod si starem aliqua occasione infra dictum terminum sine laborando illis diebus sive temporibus quibus laborari deberet quod de his mihi diminuatur pro rata temporis quo starem sine laborando. Versa vice ego dictus* Iohanninus *promitto et convenio tibi dicto* Venture *tibi dare de dicta arte sufficienter ad tescendum usque predictum terminum et tibi dare et solvere pro precio seu remuneratione tui laboris tantum quantum superius per te dictum est: Que omnia et singula promittimus et convenimus nobis ad invicem attendere complere et observare et contra in aliquo non venire sub pena soldorum centum Ianue nobis ad invicem stipulata et promissa et obligatione omnium bonorum nostrorum. — Actum Ianue ante stationem Malocellorum: MCCLXII die tercia Februarii inter primam et terciam Indictione quarta: Testes Angelinus de Sigestro Notarius et Iohannes Mercerius.* (Atti del Not Giberto da Nervi. — Cartul. 1259-63).

tocchiamo, già pronta se non adulta alle industrie del bello, il nome di BALDO LUCCHESE va sempre in coppia co' mercatanti più illustri; nè par che questi vagheggino altro artista che BALDO a fornire i modelli de' lor broccati o velluti; di guisa che i loro contratti sono specchio ad un modo e del quanto e del come fiorissero allora gli opificj de' setajuoli. A sei d'un sol tratto compiacque il lucchese de' suoi cartoni: e furono Giacomo Perolerio, Triadano Lomellino, Francesco di Loreto, e tre Borlasca, Giovanni, Giacomo e Bartolommeo. I quali tutti in comune, per sicurarsi de' costui servizj, si condussero a patti severi, come ad esempio di allogargli sessanta disegni per ciascun anno, e consegnati che fossero, di non permetterli ad uso altrui (1).

---

(1) *In nomine Domini Amen:* Baldus Francisci de Lucha *magister picturarum operis pannorum septe nunc habitator in Ianua ex una parte et infrascripti mercatores seu artiste ex parte altera confessi fuerunt ad invicem et vicissim pervenisse ad infrascripta pacta et compositiones: quorum mercatorum nomina sunt hec: Iacobus Perolerius Triadanus Lomelinus Franciscus de Loreto Iacobus de Borlascha: Videlicet quia dictus* Baldus *promixit et convenit dictis mercatoribus quod stabit et perseverabit in annis duobus proxime venturis incipiendo in calendas Ianuarii proxime venturas anni presentis causa faciendi et fabricandi picturas et operas picturarum pannorum septe tam brocatorum quam planorum pro quibus dicti mercatores et quilibet ipsorum promisserunt dicto* Baldo *dare et solvere pro singula opera libras duas et soldos decem Ianue et quod dicti mercatores teneantur et obligati sint dare dicto* Baldo *ad minus operas sexaginta singulo dictorum annorum ad suprascriptam racionem quod quidem fecerunt quod teneantur dicto* Baldo *solvere et quilibet ipsorum pro sua rata pro dictis operis sexaginta libras centum quinquaginta Ianue et si casu esset quod dictis mercatores fieri fecissent per ipsum* Baldum *ultra dic-*

Undici anni più tardi giovava tuttora delle sue tavole al Lomellino; ma insieme a lui compariscono un altro lucchese, DADO o LEONARDO DI BETTINO, e un GIOVANNETTO DA FIRENZE, d'uno stesso magistero ambidue (1).

---

tas operas sexaginta in anno quia tunc et eo casu teneantur sibi solvere pro dicto plus ultra prescripta ad eandem racionem librarum duarum et soldorum X Ianue pro singula opera. Item dicti mercatores promisserunt dicto Baldo *presenti dictis annis duobus durantibus se vel alios pro eis per rectum vel indirectum non facere laborari aliquas operas alicui per aliquem alium magistrum quam per ipsum* Baldum: *et quod non possint dicti mercatores accipere unus ab altero per rectum vel indirectum aliquam operam mutuo vel alia causa ymo teneantur accipere quamlibet operam ab ipso* Baldo *ad racionem suprascriptam et pro precio supra limitato* etc. *Item acto quod dictus* Baldus *non possit laborare aliquam operam alicui ulli quam suprascriptis in presenti instrumento nominatis nixi* (sic) *dictus talis non nominatus sibi solvat pro singula opera cum effectu libras quinque Ianue et non aliter. — Actum Ianue in contracta Bancorum silicet in apotecha Iacobi Perolerii sita sub domo Caroli Lomelini: Anno Domin. Nativ. MCCCCXXIIII Indictione prima secundum cursum Ianue die II Iunii in terciis: Testes Batista de Domoculta et Gabriel de Montegoaldono seaterius Ianue cives Ianue vocati et rogati.*

MCCCCXXIIII die XVIIII Iulii in terciis in Bancis ad bancum etc. *Iohanes et Bartholomeus de Borlasca seaterii pervenerunt ad similia in omnibus ut supra cum dicto* Baldo *presenti ratificantes et approbantes. — Testes Iohanes de Gadia testor pannorum septe in Ianua et Iacobus Falamonica filius Anfreoni.* (Atti del Not. Antonio Fazio seniore — Fogliaz. 1, 1408-25).

(1) Baldus *q Iacobi* de Luca *pictor operum laborerioruin pannorum septe in Ianua sponte vendidit et titulo vendicionis dedit et consignavit Iohanni D. Triadani Lomelini presenti stipulanti et ementi nomine Triadani Lomelini et sociorum seaterioruin pecios quinque tabularum pro pingendo laboreria pannorum septe ultra alios pecios sex similium tabularum* etc.: *et hoc quantum pro precio et finito precio librarum viginti januinorum quas dictus Iohannes solvit* etc. *et qui pecii tabularum quinque ut supra tam empti quam alii sex quos dictus* Baldus *mutuo habet a dictis Triadano et sociis qui sunt in summam pecii undecim fuerunt omnes apodiati et in custodia dimissi penes* Dadum Be-

E l' anno medesimo, ch' è il 35, e DADO e BALDO si stringono in società di tali opere, e a parti eguali nel lucro, quasi a chiarirci che l' uno eguagliava anche l' altro in valore. Gli accordi doveano durare tre anni, nè si sciogliessero per uscire d' alcun di loro da Genova; tuttochè quanto a DADO sorga il dubbio ch'egli ne uscisse, o passasse di vita, dacchè quind' innanzi non mostra faccia (1). Laddove BALDO è con noi dodici

---

tini de Luca *et* Iohanetum de Florencia *pictores operum predictorum in Ianua presentes et acceptantes.* — 1435, 27 *Madii.* (Negli atti del Not. Antonio Fazio seniore. — Fogliaz. 4, 1435-38).

(1) *In nomine Domini Amen:* Dadus Betini de Lucca *ex una parte et* Baldus *q. Iacobi* de Lucca *magistri operarum laboreriorum artis septe sponte confessi fuerunt invicem pervenisse ad infrascriptam composicionem pactum et societatem* etc. *incipiendo die prima Madii proxime venturi: Renunciantes* etc. *quia dicti* Dadus *et* Baldus *promisserunt promittunt ac obligati sunt sibi invicem quod quilibet de dicta arte operarum sive picturarum sive laboreriorum dicte artis quicquid inter eos vel alterum eorum lucrabitur dare et solvere dimidiam dicti lucri alteri parti et hoc infra annos tres proxime venturos tam in sanitate quam infirmitate durante dicto tempore dictorum trium annorum: Que omnia dicte partes promisserunt sibi invicem attendere sub pena florenorum centum quinquaginta auri in tantum taxata de parcium voluntate cujus dimidia sit partis et alia dimidia Gubernatorum Portus et Moduli. Item acto in presenti instrumento quod si aliqua dictarum parcium infra dictum tempus dictorum trium annorum recedere opporteret de civitate Ianue quod pars restans in dicta civitate Ianue teneatur reddere racionem dicti dimidii lucri quod pervenerit dicte sue artis infra mensem unum cum dimidio secuturum a die recessus sui de Ianua et solvere dictam dimidiam lucri ab inde in antea tantum quantum steterit extra Ianuam dicte parti restanti in Ianua liceat et licitum sit non contribuere alteri parti si noluerit tamen pacta et societas et omnia ut supra contenta sint valida durante dicto tempore dictorum trium annorum. — Actum Ianue in contracta Moduli in scalis Carceris Malpage: Anno Domin.*

anni più in qua, e per quante scritture cel mostrino, ha sempre titolo di pittore, e più specialmente per opere di vellutati. Ve n' ha pur una che il dice esperto a comporre telai e ad aggiustare i lizzi, ed un' altra che gli dà per compagno e per socio un fratello nominato Leonardo. Egli nondimeno era primo fra tutti; e in tal credito l' ebbe Giovanni di Adano che reggeva fra i setajuoli un' officina o bottega delle più riputate. Costui, con un Gabriele Rizzo perito del tessere, lo fermarono ai servizj di Genova e alle richieste del lor mestiere, promettendogli una congrua mercede purchè non ispedisse disegni all' infuori della terra (1).

Nativ. MCCCCXXXV Indictione XII secundum Ianue cursum die prima Aprilis hora signi meridiei: Testes Martinus de Nespulo calzolarius q. Iohannis et Dominicus Gentilis q. Ianoti. (Atti del Not. Raffaele di Sarzano. — Fogliaz. 1, 1434 ed altri anni promiscui).

(1) *MCCCCXXXXIII XXVIIII Iulii:* Baldus de Lucha *magister picturarum pannorum septe in Ianua ex una parte et Iohannes de Hadano seaterius nomine et vice apotece seapterie ipsius Iohannis et Gabriel Ricius testor pannorum septe ex parte altera sponte* etc. etc. . . . . *dictus* Baldus *promissit et debet bene et diligenter facere dictam ejus artem dictarum picturarum in civitate Ianue ac laborare de ipsa ad simplicem requisicionem cujuscumque persone volentis de dictis picturis pro civitate Ianue et non pro quovis alio loco extra civitatem Ianue pro precio et mercede ipsius* Baldi *hactenus consueto et consueta: Ita tamen quod si dictus* Baldus *franchiret* (sic) *aliquam picturam ex suprascriptis quod tunc dictus* Baldus *teneatur de suo proprio supplere* etc. *ita etiam quod dictus* Baldus *non possit dare alicui persone aliquam operam ex suprascriptis que prius fuisset ordinata per alium pictorem seu testorem pannorum septe* etc. etc. (Negli atti del Not. Antonio Fazio seniore — Fogliaz. 8, 1543-44).

Cotesti lucchesi paion quasi solitarj nell'epoca loro, e nelle belle invenzioni che chiedevano le sete per condursi ad emular la pittura. Ma varcati i confini del secolo, concorrono d' ogni banda i disegnatori secondochè il tessile ed il ricamo studiano a crescer decoro ne' tempj e a blandire la signorile opulenza. Quest' ultimo magistero non ha fasti ne' tempi addietro, e se fin dal trecento abbiam cosa che gli somigli, eran fregi intrecciati o intagliati, e soprapposte o sommesse di leggier conto (1). Quanto s' accendessero poscia i privati dello sfoggiare a ricami non pur negli abiti ma in ogni paramento e in ogni drappo delle lor case, potrebbe argomentarsi da un popolo di disegnatori che brulica negli atti pubblici, se più manifesto non apparisse da molti cataloghi di sì fatte delizie. Per toccare alla cima, un inventario disteso dal not. Lomellino Fazio nel palazzo dei Doria a Fassolo poco dopo la morte d'Andrea, grida altamente che il Principe non s' appagava del suo Nicolò Veneziano eccellentissimo in far di ricami, ma s' empieva quella sua quasi reggia de' migliori trapunti che dessero Fiorenza all'Italia e Francia e Spagna all' Europa. Giovò allora agli artefici non tanto il chiamarsi pittori quanto maestri del disegnare;

---

(1) *MCCCXIII XXVII Iulii: Gulielmus de Stenero de Recho accordat Iohanninam filiam suam cum Imelda uxore Nicolai Galucii causa addiscendi artem suam faciendi frixios et incidendi folia auri.* (Fogliazzo Notarile MS — Bibliot. Civ.)

come fanno assai spesso ed assai volentieri nei rogiti. Nè dee far meraviglia che parecchi di costoro si contino nella matricola, e quivi sien trascurati come uomini oscuri, che intesi a promuovere il lusso privato, non lasciarono monumenti durevoli in pubblico. Nè troppo rari appaion coloro che parimente si conoscessero e del trapungere e del disegnare così di ornamenti come pur di figura, e che le cose imaginate prima in pittura traducessero in oro od in varie sete sugli sciamiti e sui velluti. Nasce quindi non minor confusione tra questi cotali maestri di quel che fosse tra pittori e scudai, nominandosi in varie guise ora anch' essi pittori, e talora disegnatori, e talvolta ricamatori, e tratto tratto e l' uno e l'altro ad un tempo. Che in tanto fervore di sì gai artificj uscissero a luce felici ingegni e lavori squisiti, mi par da credere a questo, che il collegio de' dipintori ben lungi dal disdegnarli, li ambivano anzi e li volevano nell' ordine della matricola. E come gli altri se ne traevano o per naturale rivalità, o per francarsi da leggi altrui, o per iscuotere le durezze dello Statuto, ne pullularono controversie e dissidj, finchè la cosa n' andò al giudizio de' Padri, come quella che feriva alle buone entrate e alle multe. Sul cadere del 1552 e sul nascere dell'anno appresso, i Consoli dell' arte pittorica, Nicolò Vespasiano e Giambattista Castello, denunziavano i ricamatori al Comune come gente ritrosa di conformarsi ai Capitoli mentre erano pur pittori, e poco monta se

dipingessero a tinte di seta o d' impasto. E gli altri di rintoppo, qualificandosi per *acupictores*, protestavano ai Padri per voce di quattro dei loro, FRANCESCO DAL-L' ORSO e GIACOMO DE' LANGETTI ricamatori in Campetto, BARTOLOMMEO BELLAGAMBA in Iscutaria, e LORENZO PELLICCIA nella via di s. Siro. Le carte del Magistrato non accennano a provvisioni che ne seguissero, e in molti dubbi ci avvolge la matricola stessa, dove altri di questi artefici han nome espresso, e d'altri tuttochè principali si cerca indarno. Forse per amichevoli accordi o per forza di consuetudine si scrissero in quel catalogo i più usati al dipingere, e si tacquero per opposto i più intesi al maneggio dell' ago; e me ne porge argomento il silenzio d' alcuni, i quali si levano per opere degne sopra il comune di sì fatto mestiero. E questi pochi io manderò innanzi agli altri togliendo norma dalle scritture, e pubblicando taluna di queste, non tanto a rivelare maestri ignoti, quanto a chiarire la qualità de' lavori e il gran pregio che metteasi in quest' arte. La quale, ondechè provenisse a noi sui primordj, o poniam pure che fra noi cominciasse, vuolsi però confessare ch'ella, non altrimenti che i pennelli, ci crebbe in bellezza e in onore per uomini lombardi o di patria o d' origine.

Il primo che mi s' intoppa è un GEROLAMO PELATI del fu Benedetto; cognome non nuovo per queste pagine, e che rinnovasi ancora in un FRANCESCO, centesimo terzo della matricola. Il costui nome si raccoglie

al 1516; nè pare che le eleganze del ricamo vagassero a quella stagione fuori del tempio, laddove illustravano le pompe religiose e abbellivano gli arredi del Divin Sacrificio. Parmi eziandio dal tenore degli atti che l'opera dell' ago maturata a gran cura dalle mani dell'artefice, venisse soprapposta e diligentemente ricucita co' panni, e che in mezzo alle fioriture degli ornamenti piacessero le sacre storie o le imagini de' Beati che facean titolo o devozione alla chiesa. In cotesto Gerolamo si confidò Michel Trucco curato di s. Sabina per l' opera d' una pianeta, o a meglio dire d'una crociera che l' adornasse per lungo e per traverso; e poichè all' istrumento concorre il patrizio Emanuel Lomellino, è credibile ch' ella fosse un presente di signorile pietà, non inusato a que' tempi. Ed anche ai ricamatori soleano proporre modelli già noti ed applauditi dal pubblico; emulazione ben degna a cui fermano fede quasi tutte le carte. È ovvio per giunta il pensare che gli esempj prescritti alla imitazione fosser mano dell' artefice stesso, e in alcuna scritta n' è cenno espresso. La città poi di Milano che tanti maestri fornì alla Liguria vuoi del dipingere o vuoi del trapungere, mandava altresì suoi lavori, e assai spesso eran messi ad esempio nelle nostre officine. D'un di questi vantavasi la basilica di s. Siro, ed era un' altra crociera addossata a velluto chermisino; nè il nobil signore nè il curato predetti dimenticarono di farne esemplare al Pelati, quant' è almeno delle forme generali e del

quanto fosse ricca e parvente. Ma dell'oro e delle figure non si appagavano, e voleano che il primo fosse fil di Colonia nè più nè manco, per le altre mandavano l'artista ad un palliotto di camocato bianco che aveano in lor chiesa gli Eremitani di s. Agostino (1).

---

(1) ✠ *In nomine Domini Amen: Venerab. Religiosus D. Michael Truchus Curatus Ecclesie Sancte Sabine Ianue et nob. Manuel Lomelinus q. Neapolitani ex una parte et* Ieronimus Pellatius *q. Benedicti ricamator ex parte altera* etc. *Videlicet quia ex causa dictorum pactorum et composicionis dictus* Ieronimus *promissit fabricare croxeriam unam unius Ihanee* (sic) *bonitatis et qualitatis et modis et formis quibus fabricata est croxeria una unius Ihance veluti cremexilis existentis in Ecclesia Sancti Siri Ianue que fuit fabricata in civitate seu loco Mediolani exclusis figuris et auro que figure esse debeant qualitatis et bonitatis et potius in meliori statu quam aliter prout sunt figure affisse uni palio camocati albi existenti in Ecclesia Sancti Augustini Ianue et quod aurum sit de Collonia ita quod laborerium et dicte figure sit et esse debeat in totum modis predictis et prout sunt dicte croxerie et figure dicti palii: quod quidem laborerium fabricandum ut supra et in modis suprascriptis per dictum* Ieronimum *intellijatur et sit fabricatum ac tencatur dictam croxeriam fabricandam ut supra consignare dictis presb. Michaeli et Manueli intra et per totam diem octavam mensis Iunii proxime venturi anni presentis omni exceptione et contradicione remotis quod si non fecerit teneatur solvere dictis D. presb. Michaeli et Manueli pro justo damno et interesse libras sex januinorum in tantum taxatas de acordio. Ec adverso dicti presb. Michael et Manuel promisserunt et promittunt dicto* Ieronimo *presenti et stipulanti ut supra dare et solvere eidem* Ieronimo *pro ejus manifatura dicti laborerii ac pro auro et omnibus computatis in consignacione dicte croxerie fabricande et consignande in modis suprascriptis libras viginti sex januinorum omni exceptione et contradicione remotis: Que omnia* etc. — *Actum Ianue in Palatio Communis p. vocata Fraschea videlicet ad banchum mei Notarii infrascripti: Anno Domin. Nativ. millessimo quingentessimo sexto decimo Indictione tercia secundum Ianue cursum die Martis prima Aprilis in Vesperis: presentibus Paulo Reymundo Notario et Io. Bapta de Solario Francisci civibus Ianue testibus ad hec vocatis specialiterque rogatis* (Atti del Not. Lorenzo Villa. — Fogliaz. 4, 1514-17).

Ora conducendomi col pensiero a somiglianti fatture, non può essere ch' io non lamenti le lor condizioni, per le quali pochissimi avanzi di tal lavorìo resistettero ai secoli, e nessuna memoria d'artefice è confortata dal giudizio delle opere. Vedemmo ciò nondimeno a pubblica mostra nell' Accademia un tal pallio storiato della Pietà che serbò fino a noi la gentilizia di s. Benedetto; e come dal molto de' maestri che s' avvicendano negli atti congetturiamo il fiore di quest' arte, così dal monumento suddetto, prezioso gioiello di casa Doria, dobbiam pur confessare quant' ella fosse tenera osservatrice del bello, e quanto accosta per ingegno e per gusto alle sottigliezze della pittura medesima.

Della propria città di Milano era un altro ricamatore a lui compagno d' età e non certo di minore virtù all' operare: e domandavasi Gio. Antonio di Bara. Basterebbe in sua lode che la cattedrale di Genova mostrava fra il meglio delle sue masserizie un pivial di velluto, dal cui nero rilevavano fregi da invidiarsi alle chiese più nobili. E molte li avranno ambiti per avventura, se un santuario di villa seppe levar le voglie tant' alto, e quel che monta trovar la spesa a fornirsene. Il 29 ottobre del 1517 Domenico Mangiamarchi di Monterosso, un de' massai di S. M. di Soviore, stipulava col milanese per fregi d'un piviale che in tutto eguagliasse il piviale eseguito pur dianzi pel s. Lorenzo: e metteasi premio al lavoro quel tanto che Gio. Antonio avesse tolto dal Capitolo. Così chi non volea sot-

tostare nella bellezza del paramento, credeva pur giusto di reggere al paragone della mercede; e aggiungeasi la clausola di maggior somma se l'opera avanzasse in bontà (1), facendo giudice ed arbitro di tutto questo un Bernardo Mambrilla speziale. Commissione liberale, e da non credersi a gente di villa, se non fosse che il rogito la svela un tratto coll' obbligo che pone

---

(1) ✠ *In nomine Domini Amen:* Iohannes Antonius de Bara de Mediolano *recamator q. Iohannis Iacobi sponte* etc. *promissit et promittit ac se obligavit Dominico Mangiamarchi de Monterubeo Baptiste uni ex Massariis Ecclesie Sancte Marie de Saviolo dicti loci Montisrubei presenti et acceptanti ac stipulanti* etc. *facere et seu laborare construere seu recamare in uno pevyrario* (sic) *pro operando in dicta Ecclesia Sancte Marie in divinis officiis bene et diligenter et ordinate recamato de ea videlicet bonitate pulcritudine et recamatura unius peyvarii* (sic) *veluti nigri existentis et qui existit in Ecclesia Majori Genuensi ad judicium Bernardi Mambrille speciarii Martini presentis et acceptantis: et quatenus dicta recamatura non esset de ea bonitate et pulcritudine diminuatur quantum dicet et videbitur dicto Bernardo et pari modo de majori precio solvatur si de majori bonitate et precio videbitur dicta recamatura dicti pevyarii: intra dies quindecim Decembris proxime venturi et citius si citius fieri et tradi poterit. Et e contra dictus Dominicus tanquam unus ex dictis Massariis ac suo proprio et privato nomine dare et solvere promissit dicto* Iohanni Antonio *recamatori presenti illud idem precium quod habuit ex dicta recamatura dicti pevyarii veluti nigri a dictis DD. Presbiteris dicte Ecclesie Majoris in quo precio concurrere debeat precium metratarum quinque in sex vini boni expediti ad gabellam vini ipsi* Iohanni Antonio *cum sic actum et conventum fuerit inter eos concorditer: Renunciantes* etc. — *Actum Ianue in Bancis videlicet ad bancum mei Notarii infrascripti: Anno Domin. Nativ. MDdccimoseptimo Indictione quinta secundum Ianue cursum die Iovis vigesima nona Octobris in terciis: presentibus Oberto de Bagalio* (sic) *q. Iacobi et Nicolao Pasturino Antonii et dicto Bernardino Mambrilla speciario Martini civibus Ianue testibus ad premissa vocatis et rogatis.* (Atti del Not. Antonio Pastorino. — Fogliaz. 38, 1517).

all'artista di computare nel pagamento da cinque in sei barili di buon vino che gli sarebbe spedito alla gabella di Genova.

In altro istrumento è orrevol notizia d'un Gio. Antonio de' Baratti ricamatore da Milano, e se ne accennan lavori; ma il lettore stimerà di leggieri che sia questi un medesimo col sopraddetto, ancorchè per diversità di notai si vegga alterazione (com' egli incontra sovente) da uno ad altro cognome. Nè osta che fra i due contratti s' allunghino ben ventisette anni; intervallo credibile per gente che dalla natal Lombardia tramutandosi a Genova, vi s' acconciava ad apprendere l' arte, indi metteasi a bottega, e per lo più vi finiva i giorni. Avremmo dunque Gio. Antonio già vecchio, o fors' anche decrepito, nel 1544: e par quasi che voglia dircelo la scritta, ove tra le altre condizioni è pur questa notabilissima, che il Baratti non prima infermasse che spedirsi dell' opera. Escon quivi a patteggiar di ricami i frati di s. Domenico per bocca del lor sindaco e procuratore fra Sebastiano Rebrocco, e per tai drappi, che in tutto ci parran degni di quell' Ordine illustre e di quella gran chiesa. Chiedevano anch' essi un piviale con due dalmatiche; ma quello e queste non solo distinte a fregi e a crociera di svariata composizione, e sul davanti come sul dosso, ma quanto potea convenire, non escluse le maniche, ricche ancor di figure, e ogni cosa condotto con bello innesto di seta e d' oro. Verso siffatto incarico non deon parer

troppi i cento dieci scudi d' oro d' Italia di che i frati Predicatori si obligavano a Gio. Antonio, mentre pure gli fornivano i panni del proprio, con alleviarlo d'ogni altra spesa fuorchè del trapunto (1). Ma il sospetto de' committenti trovò ragione nel fatto, perchè il Baratti era morto ben prima dei dieci mesi assegnati al lavoro, e i bei drappi giacevano nelle sue stanze fregiati a mezzo e non bene in arnese. Un Domenico da s. Agata, compaesano di Gio. Antonio, ch' era entrato malle-

---

(1) ✠ *In nomine Domini Amen: Cum sit quod conventum fuerit inter D. Fratrem Sebastianum Rebrocum tamquam sindicum et procuratorem DD. Fratrum Monasterii Sancti Dominici de Ianua ex una et* Iohannem Antonium de Baratis mediolanensem *quod dictus* Iohannes Antonius *fabricare debeat laborerio suo super vestibus eo dandis per dictos Fratres vestes infrascriptas videlicet frixium pivialis cum suo capino et crozera sive frixium planee* (sic) *tam antea quam retro etiamque et mostra* (sic) *duarum tonixelarum de quadrioto etiam in brachiis cum figuris et laboreriis inter eos conventis cum auro et setta necessariis in dicta fabrica expensis ipsius* Iohannis Antonii; *ideo dictus* Iohannes Antonius *sponte et omni modo* etc. *promissit et promittit dicto D. Fr. Sebastiano dicto nomine presenti et acceptanti fabricare cum omni diligentia et opere suo dictas vestes ut supra specificatas sub modis formis et conditionibus supra numeratis et inter eos conventis et hoc intra menses decem proxime venturos incipiendos a die qua dictus D. Fr. Sebastianus aut alii pro eo dederint seu solverint ipsi* Iohanni Antonio *scuta quinquaginta auri Italie infra solucionem suc mercedis de quibus infra: Renuncians* etc. *Versa vice dictus D. Fr. Sebastianus dicto nomine sponte et omni modo* etc. *promissit et promittit dicto* Iohanni Antonio *presenti dare solvere et exbursare dicto* Iohanni Antonio *pro dictis laboreriis auro et setta et aliis occurrendis in dicta fabrica scuta centum decem auri Italie in hunc modum videlicet nunc scuta quinquaginta et restum quod erit scuta sexaginta promissit dare et solvere dicto* Iohanni Antonio *secundum laborerium quod faciet in dictis vestibus judicio D. Iohannis de Saluciis dicti Ordinis Sancti Dominici: Renuncians* etc. *Et pro*

vadore per lui, si offerse ai Padri di dar compiuto il ternario per mano d'Aurelio da Novara ricamatore di bella fama, seguendo in tutto le forme e i disegni del primo maestro. Non dissentirei che l' Aurelio discendesse di quel Luca che lodammo fra i dipintori del quattrocento, nè ci mentisce il nome paterno di Giovanni ch' era figlio di Luca a sua volta, e ragionevol pennello d'altari. E i frati se ne chiamarono contenti, e fu rogata la scritta nella bottega di Domenico stesso

---

dictis vestibus et peccuniis dandis et traddendis in diem dicto Iohanni Antonio *per dictos Fratres et pro predictis ut supra adimplendis et observandis solemniter intercessit et fidejussit Dominicus de Sancta Agata q. Antonii mediolanensis: Renuncians* etc. *Acto pacto expresso in presenti instrumento quod si inter dictas partes accederit aliqua differentia seu controversia quod Deus avertat pro tali differentia seu controversia dicte partes super quod venerit et sequeretur debeant elligere unum pro parte in quibus super dictis earum differentiis revidere habeat et judicare et quicquid judicaverint super predictis differentiis et etiam super laboreriis faciendis dicte partes se remisserunt et remittunt* etc. *Promittentes* etc. *Item acto quod casu quo accederit aliquod sinistrum dicto* Iohanni Antonio *de aliqua infirmitate quod Deus avertat tali casu dictus D. Fr. Sebastianus dicto nomine accipere debeat dictas vestes et pro laborerio quod tunc factum extiterit in dictis vestibus solvere habeat dicto* Iohanni Antonio *et cum conditione quod dicte vestes et alia tradditas et traddendas* (sic) *sint ac intelligantur esse penes dictum* Iohannem Antonium *et ad ejus rixicum in omnibus et per omnia juxta formam Capitulorum et legum secundum Statutum Ianue quia ita expresse actum fuit inter eos* etc. — *Actum Ianue in Palacio Communis videlicet ad bancum Ieronimi Rocataliate Notarii: Anno Domin. Nativ. millesimo quingentesimo quadragesimo quarto Indictione prima secundum Ianue cursum die Martis quarta Marcii in Vesperis: presentibus Petro Andrea de Rocataliata Philippi et Gregorio Ihanelo Bartholomei civibus Ianue testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.* (Atti del Not. Domenico Conforto. — Fogliaz. 1, 1543-46).

lungo un vicolo che dicevano de' Milanesi, e che sembra attestarci col titolo quanti ospiti avesse Genova da quelle contrade (1). A costoro potremmo aggiungere per gli anni seguenti una famiglia di bolognesi cognominati DELLA ROTA che lungo tempo operarono fra noi di ricamo, e un CESARE in ispecie che variamente si annunzia per questo mestiero o si ragguaglia ai disegnatori. Nè i nostri si mostrarono da meno in quest' arte, ed è nostro per fermo, e più ch' altro da Voltri, un GIACOMO LANGETTI rammentato in più carte

---

✠ (1) *In nomine Domini Amen: Dominicus de Sancta Agata mediolanensis sponte et omni modo* etc. *promissit et promittit D. Fratri Bartholomeo de Varagine et Fratri Iacobo de . . . . . procuratoribus et seu nomine Monasterii Sancti Dominici et mihi Notario quod* Haurelius de Noaria *filius* Iohannis *hic presens et sic promittens finiet et fabricabit opere suo cum auro et setta tonixele* (sic) *et capuxium pivialis ad ornamentum cum figuris in omnibus prout fabricate sunt alie vestes et ornamenta contenta in instrumento alias facto inter dictos Fratres et quondam* Iohannem Antonium de Baratis *et hoc intra menses duos proxime venturos hodie inceptos salvo justo impedimento: et pro dicta fabrica et laborerio et auro dicti Fratres dicto nomine promiserunt dicto* Haurelio *presenti dare et solvere scuta triginta quinque auri ex quibus dictus* Haurelius *confessus fuit habuisse et recepisse libras quadraginta Ianue in pecunia numerata in presentia mei Notarii et testim infrascriptorum: Renunciantes* etc. *Et qui Dominicus etiam promisit pro dicto* Haurelio *pro dictis libris quadraginta ut supra datis: Sub* etc. *Renuncians* etc. — *Actum Ianue in apotheca dicti Dominici sita in carubeo nominato* de li milanesi: — *Anno Domin. Nativ. millesimo quingentesimo quadragesimo quinto Indictione secunda secundum Ianue cursum die Iovis XXX Iulii in tertiis: presentibus Nicolao de Facio q. Bartholomei et Ieronimo Lambelo D. Augustini testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.* (Atti del suddetto Not. Conforto. — Fogliaz. sovraccennato).

a metà del secolo, e fors' anche progenitore di quel virtuoso che in età più moderna diffuse in Venezia l' onore della pittura ligustica. Sarzanese fu ANDREA GAMBINO, di cui leggesi il nome al 142 della matricola, e genovese RAFFAELE COSTA che vi appare degli ultimi. Se non che l' argomento ch' io tratto non mi comporta più lunghe note, e ragion vuole che a parlar di ricamo io tocchi anzi i costumi dell'arte che la qualità degli artefici. Pochi atti io trascelgo adunque dai molti: e son quelli che meglio chiariscono le condizioni di tale industria, e quant' ella partecipasse della pittura: sarà poi tempo di correre ad altro, e d'accorciare il ritorno a più nobili soggetti.

Col primo di tali contratti ch' è del 1551 un GIAMBATTISTA PANICELLA astigiano s' acconciava per socio con un veneto, GEROLAMO cioè DA REVIO; di lui più provetto, a quel che sembra, nell' arte, e cotale da avvantaggiarsene di abilità e di fortuna. E però il PANICELLA, assistito da Lodisio suo padre, comperava a non lievi patti il consorzio di questo anzi maestro che socio, promettendo del suo la pigione d' una bottega in Iscutaria, e d' alimentare GEROLAMO mentre durasse la società che si stringeva per anni quattro. Il lavoro e i guadagni in comune; e comune il diritto di spender denaro in acquisto di merci confacenti a lor arte, e da rivendere o in Genova o fuori. Ond' è manifesto che tali industrie del trapungere o disegnare a vicenda si mescolavano o s' alternavano, e i panni o forniti o

apparecchiati al ricamo erano a molti e per molte guise una ricca sorgente di lucri (1). Spesseggiano pertanto gli esempj di giovinetti che vanno a cotali maestri, per ammettere i quali v' han norme piuttosto eguali che somiglianti alle scuole pittoriche. Per darne un saggio è in acconcio una scritta che ci rivela due altri ingegnosi in Giuseppe di Liscara ricamator milanese

---

